



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

Concilium Mediolanense I. Svb Ivlio A Catholicis Celebratvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

694 <sup>I</sup>V<sup>L</sup>I<sup>V</sup>S C. MEDIOLANENSE I. <sup>C</sup>ONSTANTIVS <sup>3</sup> CONSTANS IMP.

petit , purgaremus , apud eos quibus res nostræ cognitæ non sunt , & vt omnes occidentales pariter intelligerent , & calumnias eorum qui diuersas opiniones fouent , & orientalium in Christo ecclesiasticos animos , rem ita esse attestantibus libere sacris scripturis , apud eos saltem qui incorrupti sunt .

ANNO  
CHRISTI  
344.

## CONCILIVM MEDIOLANENSE I.

S V B I V L I O  
A CATHOLICIS CELEBRATV M.

### N O T A.

Causa  
Concilii.

Decretum  
Concilii.

\* *Concilium.*] Cum Eudoxius , Martyrius , Macedonius & Demophilus orientalium legati prædicto Concilio Antiocheno designati , iuxta formulam fidei , quam velut catholicam & orthodoxam venditabant , sibi atque omnibus orientalibus velut orthodoxis & catholicis episcopis communionem Romanæ ecclesiæ impertiri pettiuissent , orthodoxi patres in hoc Conuentu Mediolani congregati , ante omnia oblatam fidei formulam examinantes , ipsam ob nouitatem & nomen *consubstantialitatis* omissum reiecerunt ; ideo maxime , quod ad abluendam labem ex Arianæ hereseos suspicione contractam , & ad communionem ecclesiæ catholicæ impenetrandam , satis fuisse catholicæ fidei Nicænum symbolum profiteri , ipsumque suo chirographo consignatum , quod fecerant antehac alii , Romam misisse . Cum igitur fraude eorum cognita orthodoxi episcopi Arii sententias condemnare vellent , legati , qui haec tenus & verbis & scriptis se id facturos esse præ se tulerant , continuo resilierunt , simulque suam & aliorum imposturam detexerunt . Ad fidem Verbi diuini Deo patri consubstantialis per occultos meatus & cuniculos evertendam , non satis hominibus perfidis ac turbulenta fuit quod Athanasium falsis criminibus afflictis circumueniens , ipsumque cum pluribus aliis fidei defensoribus sedibus exturbasset , sed oportebat etiam apud occidentales hoc ad fraudem & imposturam adiucere , vt crebris de fide catholicæ Conciliis celebratis , velut mole quadam vnicum Nicænum obruerent , statutamque in ea vnicam fidei catholicæ professionem toto orbe receptam , formulis aliis a se frequenter commutatis , eliminarent . Rem hoc Concilio gestam Liberius pontifex in ea epistola quam ad Constantium scripsit ( quamque ex tomo 9. biblioth. SS. patrum infra sub Liberio posuimus ) his verbis describit : *Significant orientales paci se nostra velle coniungi. Quae est pax, clementissime imperator, cum sint ex partibus ipsis quatuor episcopi Demophilus, Macedonius, Eudoxius, Martyrius, qui ante annos octo, ( scripta est hæc epistola anno post hunc octauo ) cum apud Mediolanum Arii hereticam*

M P P.  
gnitæ  
A V N G  
C h r i s t i  
344  
erent,  
at , &  
ta esse  
m qui

E I.

Demo-  
signati,  
amven-  
s & ca-  
tiri pe-  
gregati,  
b noui-  
eo ma-  
picione  
petran-  
ofiteri,  
ntehac  
hodoxi  
aetenus  
uo re-  
nt. Ad  
meatus  
bulen-  
nissent,  
turbaf-  
dem &  
is cele-  
tutam-  
eptam,  
em hoc  
d Con-  
rumin-  
orienta-  
eator,  
donius,  
epistola  
reticam

IVLIVS C. AGRIPPINENSE. CONSTANTIVS IMP. CONSTANS 695  
P. L.

ANNO CHRISTI 344. sententiam noluisse damnare, de Concilio iratis animis exierunt? Horum si fas est sententiis inherere, quale sit, aut quid habeat commendare consensum, equitas & clementia tua poterit estimare, &c. Vide Baronium anno 344. num. 4. 5. & 6.

ANNO CHRISTI 346. CONCILIVM AGRIPPINENSE,  
IN QVO

EVPHRATAS COLONIAE AGRIPPINÆ  
episcopus, quod Christum Deum negaret, heresis damnatus  
atque excommunicatus est, anno Christi CCCXLVI. Iulii papæ x.  
Constantis Augusti in Italia ix. in Gallia v.

<sup>d</sup> POST consulatum Amantii & Albini, i. v. Idus Maias, cum consedissent episcopi in Agrippinensem ciuitatem, id est Maximinus Treuirorum, Valentinus ab Arelatio, Donatianus Cabillonorum, Seuerinus Senonum, Optatianus Tricassium, Ieses Nemetum, Victor Vangionum, Valerianus Autisiodorensium, Simplicius Augustodunensem, Amandus Argentinensem, Iustinianus Rauricorum, Eulogius Ambianorum, Seruatus Tungrorum, Dyscolius Rhemorum: consentientibus & mandantibus Martino episcopo Moguntiacensium, Victore Mediomaticorum, Desiderio Lingonicæ, Panchario Vesontiensium, Sanctino † Articlaudorum, Victorino Parisiorum, Superiore Neruiorum, Mercurio Suefionum, Diopeto Aurelianorum, Eusebio Rothomagensium: cumque recitata fuisset epistola plebis Agrippenensem, sed & omnium castrorum Germaniæ secundæ, de nomine Euphratæ, qui Christum Deum negauit;

† Virodinum, cuius antiles Sanctinus. Vrbem clauorum olim diatam fuisse docet Bercharius in his episc. Virodunum.

Maximinus episcopus dixit: Quia voluntas Dei Patris, & Domini nostri Iesu Christi, voluit nos iuxta postulatum fratrum ad hoc Agrippinense oppidum conuenire, propter perditum & blasphemum Euphratam, quem omnis mundus iam ore Domini cognouit esse damnatum; qui in Spiritum sanctum eatenus blasphemauit, quod Christum Deum negat: hanc mediocritas measentiam fert, sicut Dei & Domini nostri Salvatoris ore prolata est dicentis: Omnia peccata & blasphemiae remittuntur hominibus: qui autem blasphemauerit Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic neque in futuro, sed reus erit

Math. 12.  
Marc. 3.  
Luc. 12.